



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt XXI. a Idem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

Ecclesiarum intrare, vel per diocesanum in ipsam sint potius inducendi. Ad quod utique respondemus, quod nisi forte in indulgentia Summi Pontificis id continetur expressum, suo Episcopo inconsulto in <sup>d</sup> possessionem ipsarum eis non est licitum introire, quia per indulgentiam hujusmodi Episcopali juri non credimus derogari.

## NOTÆ.

1. <sup>a</sup> **H**elsenſi.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. final. & in cap. pastoralis, de offic. ordin. ubi alias partes hujus decretalis concessi.
2. <sup>b</sup> **C**onverteſe.) Quod alias facere non poterant, juxta traditam cap. 2. de supplend. neglig. cap. de monachis, de præb.
3. <sup>c</sup> **P**erſonis.) Posſessoribus videlicet, nam unio facta monasterio tantum operatur effectum defunctum Rectore ipſius Ecclesiæ, ut probavi in cap. ſicut unire, de exciff. Prelat.
4. <sup>d</sup> **P**oſſeſſionem.) Tum quia privilegium ita interpretandum eſt, ut quanto minus noceat juri communi: tum quia nemo potest apprehendere propriâ auctoritate poſſeſſionem beneficij, Ecclesiæ, ut probant Covarruv. lib. 3. var. cap. 6. num. 7. Moneta de commut. cap. 11. num. 91.

## CAPVT XX.

Idem Episcopo & Capitulo <sup>a</sup> Tripolitan.

**P**etiſſis per Sedem Apostolicam edoceri, utrum cum propter Hospitalarios, vel Templarios civitas vestra generali ſupponitur interdicto, eisdem non ferventibus, vos illud teneamini obſervare. Ad quod ſic duximus reſpondendum, quod illorum excessus vobis non praebet licentiam excedendi: ſed ſi praefati Hospitalarii, vel Templarii privilegiorum ſuorum fines excederint violando temere interdictum, quod pro illis fuerat promulgatum, ne ipſi videantur de aliorum fletu ridere, vos in poenam praefumptionis eorum quamdiu ipſi violaverint interdictum, de noſtra licentia <sup>b</sup> celebreſtis. Datum Signiæ XIV. Kal. Octob. P. N. anno 15.

## NOTÆ.

1. <sup>a</sup> **T**ripolitano.) Ita etiam legitur in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 3. & reperitur textus hic in ipſo registro Innoc. III. edito à Boſqueto lib. 3. reg. fr. 15. epifl. 160. ex quo textum hunc transcribo. De Tripolitana Ecclesia non nulla adduxi in c. 1. de translat. Episcop.
2. <sup>b</sup> **C**elebreſis.) Speciali gratia, qua in praesenti à Pontifice fit, alias eti Hospitalarii non obſervaffent interdictum, tamen alii clerici illud obſervare debebant.

## CAPVT XXI.

<sup>a</sup> Idem.

**Q**uoniam ſicut nobis per tuas literas intimaſti, per confeſſionem conſtat partis adverſae, quod <sup>b</sup> Nepelinus Episcopus Episcopale juſ percipit in Ecclesia sancti Blaſii de Flano, ac per hoc eadem Ecclesia non pertinet ad monaſterium pleno jure credimus, quod non obſtant illo Capitulo privilegii, quo ipſi monaſterio eſt indultum, ut nullus Episcopus Eccleſias utroque jure illi ſubjectas interdicto ſupponere, vel vicarium, vel clericum ejuſdem monaſterii synodare, vel excommunicare praefumat, praefatus Episcopus poſſit interdicere diſtam Eccleſiam, & excommunicare monachum ad ejus regimen <sup>c</sup> deputatum, cum aiterutrum de jure faciendum fuerit; quoniam illud caput intelligendum eſſe videtur de monachis aut clericis in ipſo monaſterio permanentibus, vel ad Eccleſias destinatis utroque jure ſibi ſubjectas.

## NOTÆ.

1. <sup>a</sup> **I**dem.) Ita etiam legitur in quarta collectione, sub hoc tit. cap. 4. nullib[us] tamen exprimitur, cui Prælatο refribat Innocentius, nec inter ejus epistolā editas à Sirleto, & Boſqueto verba in praesenti transcripta reperiuntur.
2. <sup>b</sup> **N**epelinus.) Nepis civitas eſt per antiqua Etruria, quam Strabo Nepisam vult appellare.
3. <sup>c</sup> **R**egimen deputatum.) Ex conſensu Episcopi, juxta traditam cap. 1. de capel. monach.

D. D. Gonzaſ. in Decretal. Tom. V.

VU 2 CAPUT

Colonia fuit populi Romani, ut referunt Frontinus, Velleius, & Paterculus relati ab Ughellio tom. 1. Ital. Sacra, fol. 1096. qui refert originem, & progreſſum hujus Ecclesiæ, traditque ſeriem ejus Praefulum. His temporibus Innocentii III. cam Eccleſiam regebat Gerardus.